

Aliàs est trullissatio trulla cuiuscunq; tectorii inductio. Sed quod paulopost gypsi meminist ceu nō admiscendi coronis, credidimus camerarum ipsarum primam inductio- nem gypso fieri, atq; ita trullissationem interpretati sumus. Hic (nisi fallor) locus occasionem dedit Budæo vi- ro alioquin iudicio acerrimo, & nostræ Galliæ ornamento suspicandi trullissationem fieri gypso, ceu ea semper eius- modi esset, sed potuit eum admonuisse locus ex proximo capite. Pro arenato (inquit) testâ trullissetur. **IN HISQVE MINIME GYPSVM DE- BET ADMISCERI.** Plinius tamen lib. 36. cap. 24. gypsum ait coronis esse gratissimum. Proxi- ma calci res est gypsum, fit ex cocto lapide, & e terra fo- ditur vt in Cypro. Præter id quod densum est, vidi Ro- mæ duas non dissimiles alabastricæ, squameolam vtranq; vocant, quod veluti squamis consistit, sed vna maioribus, altera minoribus, hac non nisi ad gypsum vtitur, illa etiã secta in crustas ad tectoria. **AD REGVLAM ET LINEAM.** Exigenda rectitudine solent ferè artifices vti regula (ea Græcis $\upsilon\lambda\upsilon\omega\nu$ dicitur) fabri au- tem materiari siue carpentari etiã amussi vtuntur, idest funiculo quem rubrica aut alio colore oblinunt, Græci $\sigma\delta\theta\mu\lambda\omega$ dicunt, Cellius libro vltimo cap. vltimo lineam vocat, Angelus Politianus in Charmide Platonis regulam transfert. Ammonius in Categorias Aristotelis siue Architæ scribit, fabrum amussi vti instrumento ad exigē- dam materiæ rectitudinem aut curuitatem, non aliter atq; domorum structor Catheto, idest Perpendiculo exigit pa- rietes recti sint an cōtra $\acute{\omega}\varsigma\ \omega\delta\ \acute{\omicron}\ \tau\epsilon\kappa\tau\omega\nu\ \tau\eta\ \sigma\delta\theta\mu\lambda\eta$

κῆχθῆτου